luerit: aut factū improbarit? Oēs enim in culpa Etenim oēs boni quantū in ipsis fuit Cæsarem occiderunt: aliis consiliū: aliis animus: aliis occasio defuit: uoluntas nemini. Sed stuporē hominis uel dicam pecudis attendite. Sic. n. dixit. M. Brutus. quē ego honoris cā nomino cruentum pugionem tenens: Ciceronē exclamauit ex quo intelligi debet eū consciū fuisse: Ergo ego sceleratus appellor a te: quē tu suspicatum aliquid suspicaris. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit: is a te honoris cā noīat. Esto sit in uerbis tuis hic stupor quanto in rebus sentētisq; maior: constitue hoc consul aliquē: Brutoz. G. Cassii. Cn. Domitiū C. Treboniū reliquoz: quam uelis cām esse: edormi crapulam inquā & exhala. an faces ad mouendā sunt: quæ te exciteat tantæ cause indormientem. Nunq̄ ne intelligis statuendū tibi esse utrum illi q̄ istā rē gesserunt homicidii rei sint an uindices libertatis? Attende. n. paulisp̄ cogitationēq; sobriū hoīs ad punctum t̄pis suscipe. Et ego q̄ sint illoz ut ipse fateor: familiaris: ut a te arguor: loci⁹ nego qd̄ ē mediū. Cōfiteor eos nisi liberatores. P. R. cōseruatoresq; P. R. sint plusq̄ licarios: plusq̄ homicidas plus & q̄ parricidas eē. Si qdem est atrocius patriæ pentē: q̄ tuum occidere. Tu hō sapiens & considerate qd̄ dicis: Si p̄ridæ cur honoris cā a te sunt & in hoc ordine & apud. P. R. semp̄ appellati? Cur. M. Brutus te referente legib⁹ ē solutus: si ab urbe plusq̄. x. dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili. M. Bruti honore celebrati? Cur prouinciæ Cassio & Bruto datæ: cur quæstores additi? cur legatoz numerus addit⁹? Atq; hæc acta per te. Non igitur homicidæ. Sequitur ut liberatores tuo iudicio sint qn̄ quidem tertium nihil pōt esse. Quid est num cōturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicuntur intelligis? Sed tñ hæc est summa conclusionis meæ. Quoniam scelerate a te liberati sunt: ab eodem te amplissimis præmiis dignissimi iudicati sunt. Itaq; iam retexo orationem meam. Scribā ad illos: ut si qui forte quid a te mihi obiectum est: quærent: sit ne uerum ne cui negent. Et enim uereor ne aut calatum me ab ipsis illis non honestum aut inuitatum refugisse: mihi sit turpissimū. Quæ enim res unquam ph̄ scē Iuppiter non modo i hac urbe: sed in oībus terris ē gesta maior: quæ gloriosior: quæ cōmēdatior erit hoīum memoriæ sēpiternæ: In huius me cōsiliū societate: tanq̄ i equū troianū icludi cū principibus nō recuso. Ago & grās quoquo aio facis. Tāta. n. res ē ut inuidiā istā quā tu in me uis cōcitare: cū laudē nō cōparē. Quid. n. beati⁹ illis:

PHILIPPICA SECVNDA

Sed regnum: quod si dicat te & ceteros qui regnum hinc agitis: Meus stilus meus character, mea dicendi figura: si ea fabula fuisse t. non incepti sem solū sed etiā cōplestem: Fabula ut tragœdia & comœdia quæ actibus absoluit: incipe nihil pdest nisi compleas: Et in puerbiū exit ut abesse extremū actū diceret cū ipsa res esset Ci. Extremū actū a quā ab inerti poeta esse neglectū. Hoc consiliū: occidēdi Cæsaris: Narbone: quæ ciuitas est galliæ. a qua nomē puincia: cuius aplissimū est emporiū. supra exitū Aracis flumis Narbonēscq; lacū iacet. Se uocari: cū quidam Antoniū una cū cæsare trucidandū censerent: phibuit Brutus dicens quod

quos tu expulsos a te prædicas & relegatos: Quis locus est: aut tam desertus: aut tā inhūanus qui illos quom accesserint: non afferri atq; apetere uideatur: Quis hoies tam agrestes qui se cū eos aspexerint: nō maximum capisse uitæ fructū putet Quæ uero tā imemor posteritas: quæ tam ingrata lra reperient quæ eorū gloriā nō immortalitatis memoria psequantur Tu uero ascribe me talem in numerum. Sed unam rē uereor: ne nō probes. si enim fuissent: nō solū regē sed regnū & de. R. P. sustulissent: Et si meus stilus ille fuisset ut dicit: mihi crede nō solum unū actum: sed totam fabulā cōfecissem: quæ si interfici cæsarem uoluisset crimē est. Vide quæso Antoni quod tibi futurū sit: quæ & narbone hoc cōsiliū cū. C. Trebonio uidimus seuocari: Ego autē uide quæ tecū agā nō inimice quæ bene cogitasti aliquā laudo: quod non indicasti: gratias ago quæ nō fecisti ignosco: uirū res illa quærebat: quod si te in iudiciū quis adducat: usurpetque illud Cassianū. cui bono fuerit uide quæso ne hæreas: quæ quidē. illud fuit ut tu dicebas omnibus bono qui unū seruire nolebant Tibi tamē præcipue qui nō modo non seruis: sed & regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberaisti: qui per eadē tabularū innumerabilem pecuniā dissipasti: ad quæ e domo cæsaris tam multa delata sunt: cuius domus quæstuosissima est falso rum commentariorum & chyrographorum officia: agrorū: oppidorum: immunitatum: uestigalium flagitiosissimæ nundinæ. Et enim quæ res ægestati & æri alieno tuo præter mortē Cæsaris subuenire potuisset? Nescio quid conturbatus mihi esse uideris: nunquid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere uideatur? Liberabo te metu: nemo credet unquam: non est tuum de. R. P. bene mereri. habet istius pulcherrimi facti clarissimos uiros. R. P. auctores. Ego te dico tantum gaudere: fecisse nō arguo. Respōdi maximis criminibus. Nūc & reliquis rōdē

pro legibus ac iure suscipere id oī iniuria carere debere. Negotium tñ datū fuit Trebonio: ut in grediēte Senatū cæsare Anto. extra retineret seuocaretque: cū enī cōsulē: eius timebant auctoritatē. Ci. inuit iccirco seuocari a Trebonio quæ conscius esset Cæsaris necis. Non iudicasti cū Brutus & Cassius cæteri que occidendi cæsaris consiliū capissent. illud agitauere inter se an ad eā rē psciendā Ant. esset uitandus: quod cum nōnullis placeret: contradixit Trebonius: inquit enim Antoni mētē tā antea tetasse cū cæsar ex hispania reuerteret: Antonium uero nō eē assensum: non eū indicasse. Virū: tu autē uir non es sed timidus & mollis. Illud Cassianū cui bono fuerit: hoc & in oratione p Milone: & superius est a nobis dictū. Hæreas: dubites. Ad ædem Opis. intercæpta quæ illic erat pecunia quod prius diximus. Per eadē tabulas. eorū dē creditorum nam solutis nominibus & debitis ueteribus: eadē hoc est priores tabulas cū his dē renouauit creditoribus: mutuatus rursus ab eisdem pecunias quæ dissiparet. Tam multa: a Calphurnia cæsaris uxore quod prius diximus. Officina: ueluti officina quæ est ubi opera fiunt: ut statuarii: fusoris cum taberna sit ubi effecta ueduntur & si eadem pot esse & officina & taberna ut sutrina. Nundinæ: mercatus proprie sunt feriarum dies: quo mercandi causa

ruffici in urbem ueniunt: ut ait. Pompeius. Nescio quid conturbatus: quasi Cicero significare uelit cōsiliū Iulii necis Antonium fuisse. Hoc crimen: Cæsaris nex. Clarissimos uiros. Brutum Cassium & ceteros conturatos. Non arguo: non accuso fecisse. Castra Pompei: obiecti quæ sero in Pompei castra uenisset & oīa improbis turbasset consiliis: quo tempore Pompeius ueniente ex gallia cæsare urbem deseruit: Cicero cum falcibus & licitoribus: quas populus romanus illi dederat se in prædiis suis circa cāpaniā orāque maritimam continebat: redire in urbē cū Cæsar post Pompeia Brundisio fugā hortaretur: recusauit: quia si adesset: ea dicenda essent: quæ nullo modo tacere posset & Cæ. offenderat qui cum in hispaniam proficisceretur: ex itinere Ciceroni quem ad Pompeium nauigaturum satis constanti fama afferebatur: epistolam scripsit: ne ad aduersarios transiret hortatus: & ut ab omni ab esset ciuili contentione: Sed cum puderet uigilantem bonum semper reip. partes suscipere solitum non esse in his castris in quibus & pompeius optime de se meritus: & senatus ac Consules constiterent: minusque honestos in castris de se haberi acciperet sermones: tuto ocio periculosum prætulit bellum. Occulte enim parata nauis: cum omnis maritima

ora a Cæsaris custodiret, militibus: & Antonio in primis mādatum a cæsari eēt ut Ciceronē obseruaret: ad castra pōpei nauigauit: ubi cum petora oīa opinione offendisset: & neq; gerendī belli consiliū neq; pompei copias pbaret: pacē priō: deinde q; pompe. ualde ab ea snā abhorrebat ut bellum traheret suadere instituit. Cūq; haud multum obtparet & multoz uaria offenderēt uitia: quos emendare non poterat: quasi pœnitentiā adductus: q; eo accessisset: omnia dēnere: & sese a rebus gerendis q̄rum poterat abducere cœpit.

Nos liberi eēmus: facta pace & compositis inter cæsarem & pompeium rebus. Tot duces: pompeium

Scipionē: catonē: petreū: & afranium. Exercitus: in pharsalia: in Lybia Cōficeret angoribus: oppressa. R. P. & amissis ornamentis. Dimissa: ē. n. miseriarum oīum finis: mors. Tot consulares. q; in pharsalico bello ptere. At nō hī maxie & c. Pōpe. pharsalicā pugnā iustas qdē suscepit nā trahere malebat bellum id qd ut faceret hortat. C. cū p̄sertim cōmeatibus abūdaret: qbus carebat cæsar: magna senatoz multitudo magna eq̄tū: q; superiores fore se credebāt. ut iūsciperet coegerit quod Appianus tradit plurib⁹.

Elati spe uictoriae: qui fore si bi persuadebāt ut uincerent. sicut ap̄ Dyrrachium ulcerāt.

At uero & c: & hoc obiecerat Antonius alienatū a Cicerōe fuisse pōpetū: Ciceronis ipsius dicacitate & accusationibus.

Contulit: cōtcauit. De summa re: de tota rep. Spectarem q̄ si finē. Præsenti. i. dignitati: nō qd utile eēt: sed qd se deceret spectās. Quid sequeretur: rōnes qbus uterq; suam firmaret sniam. Ille consularis uir pōpeius. Paphū: oppidū cypri ab agapōre conditum: quod distare ab Alexandria per tria milia & sexceta stadia quidam dicunt. unde uenus paphia.

Sectorē: sector ut ait Pædianus. ē q; spē lucri sui secutus bona cōdēnatorum auctiorabat hoc est in auctione uēdebat. Idem ait alio loco Sectorē eē aestimatorē redēptorēq; bonorum dānati atq; p̄scripti q; spē sectans lucri sui. i. secut⁹ spē aestimatorum suarū: bōa oīa ī auctione uendit Pli. li. xxxvi. uñ. n. illi uitricus Sylla & metelli mater proscritionū Sectorix. Luca. Sectorq; fauoris Ipse sui populus: Antonius bona pompei redempta a cæsare sub hasta uēdebat. Sed exigī redēptionis a se p̄ciū moleste ferebat atq; hāc sibi fuisse cām cur bello punico nō iter fuisset dicebat. q; parū uidere ē in his q; prius gesserat: grāe consecutus. Cūq; Cæsar p̄ciū dom⁹ pompeianae poposcisset: iratus uehemēter ē Ant. q; p̄tāto eius in cæsare studio p̄tantis sudorib⁹ ac periculis: pecuniā illā non remitteret. sed q; emerat uel dono acceptat pompei bona ea uēdebat: Ant. ideo sectorē appellauit.

Ne iocis qdem: & hoc obiecit Antonius locari in castris solitum q̄nq; Ciceronē quasi parū prudētē & ī eptum oīno: q; tam tristi & periculoso rei pub. tpe iocari posset. Facetissim⁹ fuit C. ic. cuius facetiag; impatiens erat Pompeius: dicebatq; de eo quem fugiā habeo: quem sequar: non habeo. Cū ī castra uenisset: dicentibus sero uenisse r̄ridit. mīme sero ueni: nā nihil hic pati uideo. Interrogatū deinde pompeio ubi gener ei⁹ esset Dolabella respondit cū iocero tuo & cum donasset pompeius trāssugā ciuitate romana. O hominem

dum Castra mihi pompei atq; omne illud tempus obiecitū: quo quidem si ut dixi: meū cōsiliū auctoritasq; uoluisset: tu hodie egeres. Nos liberi eēms. R. P. non tot duces & exercit⁹ amississet. Fateor. n. me cū ea q; acciderūt: puiderē futura: tanta in mœsticia fuisse: q̄ta ceteri optimi ciues si idem puiderēt: fuissent. Dolebā dolebā. P. C. R. P. quodā uestris meisq; conseruatā cōsiliis breui tpe eē piturā. Neq; uero erā tā īdoct⁹ ignarusq; rerū ut frāgerer aīo pp̄ uitā cupiditatē: quā me manēs cōficeret angorib⁹. dimissa molestiis oīb⁹ liberasset. Illis ego p̄stātissimos uiros lumia. R. p. uiuere uolebā: tot cōsulares: tot pratorios. tot honestissimos senatores. Oēm p̄trea florē nobilitatis ac iuuetutis: tū optiorū ciuiū exercitus. q; si uiuerē quā uis iniq; cōditōe pacis. Mihi. n. oīs pax cū ciuib⁹ bello ciuili utilior uidebat. R. p. hodie tenerem. quā snia si ualuisset: ac nō hī maxie quorum ego uitā cōsulebā: spe uictoriae elati obstitissent. Ut alia omittā: tu nunq; in hoc ordie uel potius nunq; ī hac urbe māssisses: At uero Gn. pō. uolūtate a me abalienabat orō mea. An ille quēq; plus dilexit: cū ullo aut sermōes aut cōsilia cōtulit sapius: quod qdē erat magnū: de sūma re dissentientes ī eadē cōsuetudie aīciūa p̄maner. Sed & ego qd ille: e cōtra ille qd & ego sentire & spectare uidebat. Ego incolumitati ciuiū primū: & postea dignitati: ille præsenti potius cōsulebat qd aut hēret uterq; qd sequeretur: iccirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid uero ille consularis uir ac pene diuin⁹ de me senserit: sciunt q; eum pharsalica fuga paphum profecuti sunt. nunquam ab eo mentio de me: nisi honorifica: nisi plena amicissimi desiderii cum me uidisse plus fateretur se spauisse meliora. Et eius uiri nominē me īsectari audes cuius me amicum te sectorem esse fateare? Sed omittatur bellum illud in quo tu nimium scēlix fuisti: ne iocis quidem respon-

PHILIPPICA SECVNDA

bellum inqt Gallis ciuitatē pmittit alienā q nostrā nobis reddere nō pōr pp q merito uidebat dīxisse pōp. Cupio ad hostes Ci. transeat ut nos timeat. Aīs relaxant: remittūt aīos. Mestitiam meā: nā quod diximus cū uideret cōtēntīnīam suā & multoz offenderēt uitā: quasi pnia ductus q in castra uenisset. Cōia negligere & sele a rebus gerēdis abducere cepit. In utroq; iocis & mæsticia. Hæreditatem &c. & hoc obiecerat A. Diuitē Ci. factū: & tñ nullā ei hæreditatē obuēnisse: ex quo uolebat colligi mali qpiā egisse Ci. & ipro be ditatū eē. Sal. in ea orōne q in Ci. inuehit: ex cōiuratis iqt alio pecunia cōdēnasset: salium ei thusculanū

debo: quibus me in castris usum esse dixisti. Frant quidem illa castra plena curæ. Verum tamen homines quauis in turbidis rebus sint: tñ si mō hoies sunt: iter dū aīs relaxant. Quod aut idē mæsticiā meam reprehēdit. idē ioco magno argumēto sit me in utroq; fuisse moderatū: Hæreditatē mihi negasti uenire. Utinā hoc tuū uerū crimē eēt. Plures aīci mei & necessariū uiuēt. Sed q istuc tibi uēit in mētē: Ego. n. amplius sestertiū ducētis acceptū hæreditatib; rettuli: q q in hoc genere fateor felicitior eē te: Me nemo nisi aīc fecit hæredē. ut cū illo cōmodo si qd erat aī qdē dolor iungeret: te is quē nūq; uidisti. L. Rubrius Cassinas fecit hæredē: Et qdē uide: q te amarit is q albus ater ue fueris: ignorās frīs filiū pterit. Qu. Furiū honestissimū eqtis Ro. suiq; aīcissimi quem palā hæredē semp factitarat: ne nomen qdē pscrīpsit: quē nūq; uiderat: ac ne unq; salutaerit: fecit hæredē. Velim mihi dicas nisi molestū ē. L. Tursecius q facie fuerit: q statura. quo municipio: qua tribu. nihil scio i qes nisi q prædia hūerit. Igit frēm exhæredās te faciebat hæredē. In multis prærea pecunias alienissimoz hoīnum eiectis ueris hæredib; rāq; hæres eēt: iuasit. Quāq; hoc maxie admirat; sū mētione te hæreditatū ausū eē facere: cū ipse hæreditatē pater nā nō adisses: Hæc ut colligeres hō amētissime tot dies i aliena uilla declamasti: q quā tu qdē ut in familiarissimū dicitirāt: uini exhalādi: nō acuenidi ingenī cā declamitas. At uero adhibes iocī cā magistrū suffragio tuo & cōpotoz tuoz Rhetorem: cui cōcessisti: ut in te quæ uellet. diceret. Sallū oīno hoīnē: sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Vide autem inter te & auum tuum quid inter sit: Ille sensim dicebat: quod causæ prodesset. Tu cursim dicis aliena & quanta merces Rhetori data est: Audite audite. P. C. & cognoscite. R. Pub. uulnera. Duo milia iugerū cāpi Leōtini. Sex. Clodio rhetori assignasti & qdē imūia ut pro tāta mercede nihil sapere disceres. Nū & hoc hō audacissime ex cæsarīs cōmētariis: Sed dicā alio loco d mōi dicta & dicitia maiores dixere. Ci. in epistola ad Corneliū nepotem Itaq; nostri cum omnia quæ dixissemus dicta essent: quæ facerēt & breuiter & acute locuti essemus: ea proprio nomine appellari dicta uoluerunt. Auum tuum. M. Antonium. Sensim paulatim & sedate. Aliena: abhorrentia a cā & penitus inuitia. Duo milia iugerū. actus quadratus undiq; centum. xx. pedibus pefinitur Duplicatus iugerum facit: dictū q ex duobus quadratis actibus iunctum sit: ut Varron; uero & Plinio placet q uno iugo bouū in die exarari potest. occupat ergo iugerum in longitudine pedes ducentos quadraginta. in latitudine centum. xx. Leontium mediterranea Sicilia: ciuitas: & in regione septentrionali: cuius agri feracissimi: quod ait Ci. in Verrem actiōne quinta. Imunia: ut pro tanta mercede: nullum uectigal pendentia. Contra antiquam & Hieronis & de romanorum legem qua Sicilia: agri decumani erant. hoc est decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat: decumanus uocabatur. Sex. Clodium: hic est Sex.

aliū pōp. ædificasse. Utinam hoc. utinā quod mihi crimini das: nullam mihi obuēnisse hæreditatē id uez tuū crimē esset ut nulla tibi obuenerit hæreditas cū obuenerit plurimæ: plures amici: quos morti tu fecisti ut eorum adires hæreditates. Amplius sestert. du. ac si diceret Sestertia plus quā ducenta. Acceptum rettuli: ex hæreditaribus q mihi obuenerit accepti: & in meaz rōnū libris ex tali re habuisse aīoraui. Aī dolor: q aīco priuarer. L. Rubrius Cassinas: Castnū cāpātæ oppidū ubi latina uia contungit appiæ: Syllius Nymphisq; habitata casini Rura euastantur mox & uicinus agnas est & fluius eiusdem noīs. Stra. Var. Castnatē sicū optimam. nqt pducere Fecit hæredē: ut tu inq; es q eiusdē defuncti iualisti falsis tabulis hæreditarē: Statura: longa uel breui. Quo municipio: qua patria. Qua tribu: qua pte municipii. Aliēssimorum: q tibi nunq; fuerunt amici at not. Nō adisses: quoniam soluendo creditoribus patris non eras quē & ipsū bonif supra modū erogādis tenuē factū legimus: In aliena uilla: in Tiburrino Scipiōis. Magtstrū. Sex Clodium Rhetorē: d quo mox dice: hoc magistro utebar dicendū: sed magis cōpotor erat. Suffragio tuo ut tibi in declamando suffragetur. Sallum: facerēt: & q salis multū hēat. un̄ salsa dicta & insulsus ē urbanus ac insipidus. Dicta dicere tocari & mordere adhibita urbanitates locos aut eius

Quædam dicitur
ad hostes Ci. transeat
ut nos timeat. Aīs relaxant
remittūt aīos. Mestitiam meā
nā quod diximus cū uideret
cōtēntīnīam suā & multoz
offenderēt uitā: quasi pnia
ductus q in castra uenisset.
Cōia negligere & sele a rebus
gerēdis abducere cepit. In
utroq; iocis & mæsticia.
Hæreditatem &c. & hoc
obiecerat A. Diuitē Ci. factū:
& tñ nullā ei hæreditatē
obuēnisse: ex quo uolebat
colligi mali qpiā egisse Ci.
& ipro be ditatū eē. Sal. in
ea orōne q in Ci. inuehit:
ex cōiuratis iqt alio pecunia
cōdēnasset: salium ei thusculanū
aliū pōp. ædificasse. Utinam
hoc. utinā quod mihi crimini
das: nullam mihi obuēnisse
hæreditatē id uez tuū crimē
esset ut nulla tibi obuenerit
hæreditas cū obuenerit
plurimæ: plures amici: quos
morti tu fecisti ut eorum
adires hæreditates. Amplius
sestert. du. ac si diceret
Sestertia plus quā ducenta.
Acceptum rettuli: ex hæredita
ribus q mihi obuenerit accepti:
& in meaz rōnū libris ex tali
re habuisse aīoraui. Aī dolor:
q aīco priuarer. L. Rubrius
Cassinus: Castnū cāpātæ oppidū
ubi latina uia contungit
appiæ: Syllius Nymphisq; habitata
casini Rura euastantur mox
& uicinus agnas est & fluius
eiusdem noīs. Stra. Var. Castnatē
sicū optimam. nqt pducere
Fecit hæredē: ut tu inq; es
q eiusdē defuncti iualisti falsis
tabulis hæreditarē: Statura:
longa uel breui. Quo municipio:
qua patria. Qua tribu: qua pte
municipii. Aliēssimorum: q
tibi nunq; fuerunt amici at
not. Nō adisses: quoniam
soluendo creditoribus patris
non eras quē & ipsū bonif
supra modū erogādis tenuē
factū legimus: In aliena uilla:
in Tiburrino Scipiōis. Magtstrū.
Sex Clodium Rhetorē: d quo
mox dice: hoc magistro utebar
dicendū: sed magis cōpotor
erat. Suffragio tuo ut tibi
in declamando suffragetur.
Sallum: facerēt: & q salis
multū hēat. un̄ salsa dicta &
insulsus ē urbanus ac insipidus.
Dicta dicere tocari & mordere
adhibita urbanitates locos
aut eius

Clodius Clodii familiarissimus: & oparum clodianag dux: a quo illatū in curiā clodii cadaver ē. & cū eo curia incensa. Etiā hoc ex cæsaris cōmētariis. s. fecisse dictis ex Cæsaris uoluntate q̄ in cōmētariis appent.

De cāpano: q̄ publicus erat: quē Antonius largitus fuerat. Ingnauit fœdauit. De ipso correctore: irrifue ipso Ant. Nou?: nouis criminib⁹. Prætextatū añq̄ uirilē sūstīti rogā. nā prætextā q̄ uestis fuit regum & magistratū: a p̄cipio ab Hætrusels sūpta. diu puerilis usurpauit ætas. Decoxisse. creditorū fidē fefellisse: & mercatorū iterceptis pecūnis: uñ decoctores: de qb⁹ iure cōsul. loquūt. Patris: q̄ & ipse pdig⁹ fuit. Pietas plēa: ironice & irrifue. neq̄. n.

piū ē neq̄ decet filiū crimen suum in patrē transferre. In q̄ tuordecim ordib⁹. L. Roscius Otho cōsul legē tulit q̄ eqtib⁹ ordines p̄ios. xlii. assignauit ad spectādū sed is dūtaxat q. xl: i. cēsu hērent sestertia. Hæc & theatralis lex uocata est. Decoctoribus: is q̄ decoxissent: sed fortunæ uitio nō scelere ut amissis naufragio mercibus, & pecuniis quod accidere frequēter solet. Virilē rogā: q̄ lex todecimo año liberalib⁹ accipiebāt deponētes p̄textā. qd̄ in factis tradit Oul. Muliebris stola: qm̄ in muliebres abiisti mores: & ueluti p̄stituta fœmina ac uulgare scortū factus certā p̄coitu mercedē postulās. Curio: filius. Stola dedit: ut uiri solēt uxorib⁹: uetere s nō honestā solū uestē stolam dixere: sed oēm q̄ muliebre corp⁹ teget Marcel. Sed p̄ honesta p̄i frequēti cōsueuit Vale. titulo d̄ pudicitia. Te custode matronalis stola cēsēt. In domitiū p̄ate: is ē Domiti⁹ de quo supra dixim⁹ ad Corsiniū cap⁹ amator & corruptor pueritiæ P̄ eius: Curiois. Socia hortatē libidie: q̄ te stimulat & comitabat. Nō potuit. nā oīo te Curio p̄ domo phibuit. qd̄ tūc accidit cū p̄ ar. q̄ ducēta gn̄ginta milia dēbar intercessit. Sexages sestertiū: qd̄ Curio filio ex pecūia patna p̄ Ant. effuderat p̄ quo intercesserat. Sestertius & sestertiū d̄: Dupōdi⁹ uero fuit & semis. i. duæ libræ & semis. Notat aut̄ duplici LL. & S. uñ icipit. Sexages uero aduerbiū ē: a sexaginta: ut si dicat mutuo tibi bis sestertiū: significas duo sestertia mutuare. Florentissimæ s. Curionū. Aes alienū: debita filii tuo noīe tracta. Redimeret: q̄ si addictū creditorib⁹. Cōgressiōe: ut ne loqueret qd̄ tecū. Ausus eēs: acsi dicat mīe Perstrigā. p̄lectar Incidam⁹: p̄cidam⁹ & omittam⁹. Intim⁹ erat & c. cū amorib⁹ libidib⁹ uariisq̄ sūptib⁹ grāde æs alienū oīasser Ant. & ducēta illa gn̄ginta milia dēret: intercessissetq̄ p̄ eo Curio. & Curiois pat̄e: circo Antonii domo phibuisse: ad. P. Clodii Tr. pl. ea tēpestate se cōtulit in cuius cōtubernio haud multū fuit: siue q̄ inimicos Clodii formidaret: siue q̄ Clodiani furoris satietas eū cōepisset: ut Plutarchus ait:

Leotino agro & de cāpano quos iste agros ereptos. R. P. turpissimis possessoribus inquinauit. Iā. n. quoniam criminibus eius satis respondi: de ipso correptore & emendatore nostro q̄dam dicenda sunt. Nec. n. oīa effundam. ut si sapius decertandum sit. ut erit: semper nouus ueniam. quam facultatem mihi istius multitudo uitorum peccatorūq̄ largitur. Vis ne igitur te inspiciamus a puero: sic opinor: a principio ordiamur. Tenes ne memoria prætextatum te decoxisse. P̄is inq̄es ista culpa ē. Concedo. Et. n. est pietatis plena d̄fensio. Illud tamen adaciā tuæ q̄ sedisti in quatuordecim ordinibus Cum esset lege Roscia decoctoribus cerrus locus constitutus: quis q̄ fortunæ uitio nō suo d̄coxisset Sumpsisti uirilē togam quam statim muliebrem stolam reddidisti primo uulgare scortum: certa flagitii merces: nec ea pua: sed cito Curio interuenit: qui te a meretricio quæstu abduxit: & tanq̄ stolam d̄disset in matrimonio stabili & certo locauit. Nemo unq̄ puer emptus libidis cā fuit tā in Domitiū potestate: quā tu in Curionis. Quotiens te p̄ eius domo sua eiecit: quoties custodes posuit ne limē intrares: Cū tñ tu nocte socia hortante libidine cogēte mercede per regulas dimitteret. q̄ flagitia dom⁹ illa diutius ferre non potuit: Scis ne me d̄ reb⁹ mihi notissimis dicere: Recordare tps̄: ilud cū p̄ Curio merēs iacebat in lecto: filio se ad pedes meos p̄sternēs lachrymās te mihi cōmēdabat: orabat ut te cōtra suum patrē: si sestertium sexages peteret d̄federē. Tantum. n. p̄ te intercessisse dicebat Ipse autē amore ardēs confirmabat q̄ d̄ sideriū tuū dissidiū ferre non posset: se in exilium eē iturū. Quo ego tpe tāta mala florētissimæ familiæ sedauī: uel potius sustulī: patri psuasi ut æs aliēum filii dissolueret. redimeret adolescētē sūma spe & animi & igēii præditū rei familiaris facultatib⁹: eūq̄ a tua nō mō familiaritate sed & cōgressiōe p̄io iure & piāte phiberet: Hæc tu cū p̄ me acta meminisses: nisi illis quos uideamus: gladiū cōsideres: maledictis me puocā aul⁹ eēs: Sed iam supra & flagitia omittā: Sunt quædam quæ honeste non possum dicere. Tu autē eo liberior q̄ ea i te admisisti: quæ a ueracundo inimico audire nō posses. Sed reliquum cursum uide

PHILIPPICA SECVNDA

Quidam iam tum molitus: Fulviam credo Clodii uxorem de coitu appellavit: aut eam adulteravit: postea eam ipse Ant. in matrimonio habuit. Inde itum Alexandriam: Antonius offensus amicitia ut diximus Clodii in Græciam abiit: ibique permansit & corpus ad militaria certamina & linguam ad dicendum exercens. Contigit autem ut. A. Gabinus qui una cum. L. Plisone consulatum gesserat quo tempore accusante Clodio Trib. Ci. in exilium pulsus est: finito consulatu in Syriam provinciam proficisceretur ad eam cum exercitu obtinendam: sicut Pompeius inuitis fere omnibus senatoribus uoluerat Anto. forte ita ut sit cum

ter quem quidē celeriter per stringam. Ad hæc. n. quæ in ciuili bello in maximis. R. p. miseris fecit: & ea quæ quotidie festiat animus: quæ peto ut quæ multo maiora uobis quæ mihi sunt: tamē ut facitis attente audiat. Debet enim talibus in rebus excitare animos: non cognitio solū rerū: sed & recordatio tam etsi inciderimus oportet media: ne nimis sero ad extrema ueniamus. Intimus erat in tribunatu Clodio qui sua erga me beneficia cōmemorat cuius oīum incendiorum fax: cuius & domi quiddam iam tum molitus est. Quid dicā ipse optime intelligit. Inde itum Alexandriam cōtra senatus auctoritatē: contra religioes: Sed habebat ducem Gabiniū: quæ cū quiduis rectissime facere posset Qui tum inde reditus: aut qualis prius in ultimā Galliam ex ægypto quæ domū: quæ autē erat domus. Suam. n. quæque domum obtinebat: neque erat usque tua domum dico: Quid erat in terris: ubi in tuo pedem ponerēs: præter unum Misenum: quod cū sociis tanquam Sisaponem tenebas. Venisti e Gallia ad quæsturam petendam. Aude dicere prius ad patrem tuum uenisse quæ ad me. accepam. n. iam ante Cæsaris lras ut mihi satis fieri paterer a te: tu a me obseruatus in petitione quæsturæ. Quo quidem tempore. P. Clodiu approbante. R. P. in foro es conatus occidere. Cū quæ eam rem tua sponte conarere: non impulsu meo: tamē ita prædicabas te non æstimare nisi illum interfecisses: unquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. In quo demiror cur Milonem impulsu meo rem illam: egisse dicas cū te ultro mihi idem illud deserentē nunquam sim adhortatus: quæque si in eo perseuerares ad tuam gloriam rem illam referri malebā quæ ad meam gratiam quæstor es factus deinde continuo sine senatus consulto: sine sorte: sine lege ad cæsarem cucurristi. Id. n. unum in terris egestatis æris alieni neque tiam perditis uita rationibus per fugium esse ducebas. ibi te cum &

offendisset ut secū proficisceretur hortatus est: negauit se priuatū iturū. pferus uero equibus secutus est. pugnavit cōtra Aristobolam iudeorū regē & fortiter & sceleriter parua manu magnas hostium copias fudit ipsū Aristobolū una cū filio cepit. Cūque Ptolomeus cognōmro Auletes a suis regno pulsus impetrare a romanis non potuisset ut restitueretur in regnū uenissetque ad Gabiniū ingentē pollicitus pecuniā si cū restitueret. Dubitantibus cæteris & in primis ipso Gabiniore: si cupiditate regiarū pecuniarū erāt accensus & ut reduceret Pōp. literis horra: et. r. Ant. reducendum esse persuasit ductoque per loca aspera & difficilia exercitu periculum peruenere acceperit: inde de Alexandria profecti regē in regno unde exciderat repositure contra populi uoluntatē & decreta scatu. Statuerat. n. ne oīo reduceretur: neglecta etiā religione uerisum sibylliorū quæ huiusmodi fuerit. Si ægypti rex auxilio quoddam indigēs uenerit ei? amicitia ne abnueritis: sed illum. cum multitudine ne iueritis quod si aliter factū fuerit: labores & pericula habebitis Reus deinde Gabinius factus est. sed tū pecuniarum: tū Pōp. auxilio absolutus: necirco profectum ingit Ci. Alexandria Antoniu cōtra senatus decreta & contra religiones. Itū: ab Ant. Gabiniū: hominem sceleratissimum: cui ubique uitam la-

cerat Ci. Qui cū: cū quo. Rectissime: ac si diceret: cū nihil nisi flagitiose faceret. Inde ex Asia. Qualis: ac si dicat minus honestus consuptis oībus pecuniis quæ ex regis Ptolomei largitōe accepit. In ultimā: ad cæsarem In tuo: ac si dicat nihil oīa. n. sibi uedicauerāt creditores. Præter unū: perditū in cāpania ad misenū quod cū cumis per hunc portū oriū ut ait Strabo. Cū sociis: cū leonibus mimis & palatis: aut certe creditoribus quæ parte occupauerāt. Tāquam Sisaponē uilla erat Ant. Sisapo: quæ & ipsa cū sociis tenebat. Ad quæsturam. quæ magistratū dari adolecentibus sūeuit. Prius ad quæm ad me prius uenisti quæ ad patrem tuū. Satisfieri. i. ut tuam accipe expurgatōem: nā is satis facere dicit quæ ostendit quæ p̄tā cū tātū facit quū tūo & irato satis sit ad penā ut ait Pedianus. Trāquillus in Iulio Valeriu Car. a quo sibi uersibus de Mamurra per uia signata iposita non dissimulauerat: satisfaciēte eadē die adhibuit cenar. De gratia: ut in gratiam redires meū. Custodit: in honore huius. Idē & c. Clodiu occidere. Si ne senatus eō. n. n. quæstor in puicā proficisceretur nisi eam ex senatus cō. sentiret & lege. Ad Cæs. in gallia. Id unum cæsar. Ducebas: exitiabas. Ibi ap. cæsarem in gallia. Aduolans egestas ad tribunatū: discordia in ciuitate exorta cū optiātes Pōp. hæreret populū in cæs. ceteris per se. C. Curio prius prius optiatū: mutata uolūtate popularis scūs & Cæs. largitōibus iuitatibus: fauēs: gratia quæ ap. pplm̄ dīcēdo pauperat: effecit ut Tri. pl. Ant. crearet. n. multo post

iter augures cooperant Ant. uero simul atq; magistrū inuit & ptes & cām Cæ. plurimū inuit. nā Marcel. sū
 le scriptas iam legiones. Pōp. decernente: & nouos isup delectus habendi prātem dante intercessit: rogatio
 nōq; ferens obtinuit plebiscito ut Bibulo in Syriā contra pthos bellū gerenti scripte legiones mitterent. q
 uero deligerent Pōpe. non parerent. Cūq; eodem tpe senatus ps maxima neq; recipi missas a Cæ. litteras
 uellet: neq; recitari patere ē ul tribunitiæ prātis fretus Anto. uenit in senatum & ipse recitauit quibus audi-
 tis cū æqua postulare uideretur. Cæsar multoz mutati sunt aī & uoluntates plurium q prius aduersabant
 cæsari conciliatæ. Cū p̄erea

relatū in senatu cæsare ne pla-
 ceret legiones & exercitum di-
 mittere: an Pōpetū cæsariq; ar-
 ma dimittenda plerisq; consen-
 tibus assurrexit Ant. rogauitq;
 placeret ne utrūq; p̄ter ab ar-
 mis discedere: quam sententiā
 oēs pene alacriter excepe & sū-
 mo studio comprobauere: an-
 tonium uero collaudauerūt: &
 ut legem ferre hortari sūt: qd
 fieri ab eo Marcellus & Lentu-
 lus consules p̄hibuerūt: oblate sūt
 & aliæ conditiones ab amicis
 Cæ. q̄s. M. Cato & Lentulus
 consules ip̄obantes e senatu
 Ant. & cæteros q cæsari faue-
 bant: elecerunt. Abiens uero e
 curia. Ant. multa in capita ini-
 micoz impræcatus est. Muta-
 ta mox ueste ex cōducto uehi-
 culo ad Cæsarem fugit: cum.

Qu. Cassio: & clamitans ap̄
 illum nullas in urbe leges uale-
 re ias tribunitium sublatum ef-
 se omnibus q æquum bonūq;
 defendebant capitis piculum i-
 minere: Cæ. impulsit ut cū ex-
 ercitu in Italiam p̄pararet. & po-
 stea patriæ arma ifferret. Vit-
 trici. P. Lentuli: Fulcire: firma-
 re: sedatis discordiis inter sena-
 tori ordinis homines q pom-
 fauebāt populares q Cæ. erāt
 studiosi. Ipsi. C. Cæsari ut de-
 positis armis & relicta prouin-
 tia Romā priuatus rediret: pri-
 uatunq; splendorem cū omni
 uni bñuolentiā q tyrānidē cū
 oīum odio mallet. Mancipa-
 tum ueluti mācipium Cæ. ad-
 dictum: ac si dicat ea fecit qbus
 supplicio dignus erat ut securi
 que admodum noxii & dānari
 feriret. Luīaribus: principib;
 uiris q uelut quædam lumina
 erant. Quod in hostem to-
 gatū decerni solitum est: nā

interdictum est ei seatu ex quo ignominiose eiectus est: & ut in exilium ab-
 ret coactus ac mox reip. hostis iudicatus id quod in catilinam quoq; adhuc togatum seruatum est: ut ex Cl-
 orationibus intelligitur quæ in illum extant. Mos fuit maioribus interdicare senatu primo: deinde urbe to-
 gatis hostibus mox abeuntes hostes iudicare. Vendita: cæsari. Addicta: destinata. Illud uuluus inflicti
 q hostis iudicatus est: tibiq; aqua et igni interdictum est: & permissum omnibus ut te impune occiderent.
 Causam belli. cum seruili inductus ueste & meritoria uectus rheda te ei obtulisti: senatum accusasti & sua
 sponte ad tyrannidem accenso occasionem & p̄textum arma sumendi. & milites adhortandi p̄buisisti: id

illius largitionibus & tuis rapis expleuisses si hoc ē explere qd
 statim effundas. aduolas egens ad tribunatum ut in eo magi-
 stratu si posses uitriciti tu in similis esses. Accipite nūc quæso
 nō ea quæ ipse in se atq; indomeficū dedecus impure atq; in-
 tpanter: sed quæ in nos fortūa q; nostras id est uniuersā. R. P.
 impie ac nefarie fecerit. Ab h̄. n. scelere omniū malorum pri-
 cipium natum reperietis. nā cum. L. Lentulo. C. Marcello cō-
 sulibus Kl. Ian. labētem & prope cadentē. R. p. fulcire cupere
 tis: ipsiq; C. Cæsari si sana mente esset consulere uelletis: tum
 iste uenditum atq; mancipatum tribunatum consiliis uestris
 opposuit ceruicesq; suas ei subieci securi: q̄ multi in minorib;
 peccatis occiderūt. In te aut. M. Antoni id decreuit senatus &
 qd ē icolumis nondum tot luminaribus extinctis: quod hostē
 togatū decerni est solitū more maiorū. Et tu apud. P. C. cōtra
 me dicere ausus es cū ab hoc ordine ego conseruator essem tu
 hostis. R. p. iudicatus: Cōmemoratio illius tui sceleris inter-
 missa ē: non memoria dele. a. Dum genus hominum: dum. p.
 R: nomen extabit. quod qdem erit si per te licuerit sempiter-
 num tua illa pestifera intercessio nominabit. Quid cupide a
 senatu: quid temere fiebat: cum tu unus adolescens uniuersū
 ordinem decernere de salute. R. p. prohibuisti: neq; id semel
 sed sapius: neq; tu tecū de Senatus auctoritate agi passus es.
 Quid autē agebatur nisi ne delere & euertere. R. p. funditus
 uelles: Cū te neq; principes ciuitatis rogādo: neq; maiores na-
 tu monēdo: neq; ro. eques aut senatus agēdo de uendita atq;
 addicta snia mouere potuit: Tū illud multis añ tēratīs neces-
 sario tibi uulnus inflictiū quod paucis ante te quorum incolu-
 mis fuit nemo. Tū contra te dedit arma hic ordo consulib;
 liquisq; imperiis & ptātibus: quæ non effugisses nisi te ad ar-
 ma Cæsaris cōtulisses. Tu tu inq; M. Antoni princeps. C. Cæ-
 sari perturbare oīa cupienti causam belli contra patriam infe-
 rendi dedisti. Quid. n. aliud ille dicebat: q̄ causam dementissi-
 mi sui consilii & facti assererat nisi q; intercessio neglecta: ius

PHILIPPICA SECVNDA

quod i Cæ. & Pōp. uita scribit Plu. pluribus. Circūscript⁹ circūuentus & oppressus. Omitto q̄ hæc falsa: nā re uera captus ipil cōsuetudine: quod ait Trāgl. Pensitatisq; suis & inimicorū uiribus occasione rapiē-
dæ dñariōis usus ē: q̄ ætate prima cōcupierat: quod est iasse uir Ci. scribēs de of. II. iii. dicēs sp cæsare hūisse
in ore eos q̄ sunt in phēsis Euripidis uersus ΕΙΠΕΡ ΥΑΡ ΑΔΙΚΕΙΝ ΧΡΗΤΥΡΑΙΝΙ ΔΟΣ ΠΕΡΙΚΑΛΛΙΣ ΤΟΝ ΑΔΙ-
ΚΕΙΝ ΤΑΛΛΑ ΔΕΥΣ ΕΒΕΙΝ ΧΡΕΩΝ. quos sic Cicero ipse conuertit: nam si uiolandū est ius. impij gratia uiolan-
dum est: alius rebus pietatem colas. Cōstitisse. positrā fuisse & hæsisse: Cōsules: Marcellū & lentulū ue-
niēte infestis signis ad urbem
cæ. Pōp. urbē est egressus & ca-
puā ad exercitū pfectus abeun-
tem consules sunt psecuti: Po-
stero die maior senatus pari ad
Pō. discessit: Oēm sobolē:
oēm iuniorum multitudinem
& q̄si oēm sociū & sementē. R.
P. nam in adolescētibus spes ē
prolis sufficiēdæ ut in grege ui-
dem⁹: & Vir. ait Mō nāq; ge-
mellos spem gregis ha silice i-
nuda cōnixa religt. Extermi-
natā: extra p̄iæ terminos & fi-
nes positā. Vt igit: pulcher-
rima similitudo. Cā earborū
quoniā ex semine nascunt. Se-
men cā & origo. uocabulū aut
retinuit similitudis Tres exer-
citus. in pharsalia Pō. & senat⁹
in hispania Petrei & affranni i
Africa Scipionis & Iubæ regis
Clarissimos ciues. Pōpulum
Catonem Scipionē & pluriōs
quos pharsalicū & Hispanien-
sem bellum assumpsit. Rōci-
nabimur colligem⁹. Vni ac-
cepta referemus: uni Ant. i pu-
tabimus. Vt Helena tro. e
ria pulsus Ant. murata ueste &
meritoria uectus rheda qd̄ pri-
us sæpe diximus Cæsare ad ar-
ma contra patriā capiēda ac-
cendit. & iccirco ut Helena tro-
ianis: quoniam rapta a Paride
bello quo troianorū opes cor-
ruere repetita est: Sic po. rom.
Ant. omniū malorū cā fuit: id
quod falsum esse Plutarch⁹ pu-
tat: Quoniam nō ita ut inq̄le-
uis Cæsar erat neq; sic ira p̄ce-
ps ruebat: & alias fuisse cās q̄ i-
pulerūt. An. q; Cæsari opranti
accommodissimā s̄buisse oc-
casionem. Rōcinabimur: col-
ligemus.

tribūitium sublatum circūscriptus esset Antonius: Omitto q̄ hæc falsa q̄ leuia præsertim cum oīno nulla cā iusta cuiq; esse
possit contra patriam arma capiēdi. Sed nihil de cæsare Tibi
certe cōfiteūdū cām p̄niciosissimi belli in p̄sona tua cōstitisse.
O miserum te si intelligis hoc litteris mādari: hoc memoria p̄-
di. huius rei ne posteritatē q̄dem oīum seculorū unq̄ imemo-
rem fore. Consules ex Italia expulsos: cūq; is Cn. Pō. q̄ impiū
P. q; R. decus ac lumē fuit: oēs consulares q̄ p̄ualitudinē exe-
q; fugā illā cladēq; potuissent: prætores: prætorios. Tr. pl. ma-
gnā p̄te senatus: oēm sobolem iuuentutis unoq; uerbo. R. P.
expulsam atq; exterminatā suis sedib⁹. Vt igitur in seminib⁹
cā ē arborū & stirpiū. Sic h⁹ luctuosissimi belli semen tu fui-
sti. doletis tres exercitus. p. R. interfectos: iterfecit Ant. Deli-
deratis clarissimos ciues: eos quoq; eripuit uobis Ant. Aucto-
ritas h⁹ ordinis afflictā est. Afflixit Antonius. Oīa deniq; quæ
postea uidimus si recte rōcinabimur uni accepta referemus a
tonio ut Helena troianis. Sic iste. R. pub. cā belli cā pestis: at
q; exitū fuit. Reliquæ partes tribunatus principio similes. Oīa
p̄fecit quæ senatus salua. R. p. ne fieri possent p̄fecerat: Cuius
tamen scelus in scelere cognoscite: restituebat multos calamī-
tosos: In his patruī nulla mētio. Si sceuerus cur nō in oēs: Si
misericors cur non in suos: Sed omitto ceteros Licinium Lē-
ticulā de alea cōdēnatum collusorem suū restituit: q̄si uero lu-
dere cū cōdēnato nō liceret. sed ut quod in alea p̄diderat: bene-
ficio legis dissolueret. Quā attulisti rōnē po. ro. cur eum resti-
tū oporteret: Absentē credo in reos relatū: rem indicta cā iur-
dicatam. nullum fuisse de alea lege iudiciū ui oppressum &
armis postremo quod de paruo dicebatur: pecunia iudiciū eē
corruptum nihil horum. At uir bonus & R. p. dign⁹ nihil idq;
dem ad rem. Ego tamen quoniam condemnatum esse pro ni-
hilo est si ita esset: ignoscerem. hominem uero omnium iā ne-

ligemus. Oīa p̄fecit: quæ Senatus fieri uetuerat: cum res publica adhuc staret. Scelus i scelere. ac si dice-
ret scelus maximū & iauditū. scelus fuit leges soluere scelus patruū nō restituere cū aliēos restitueret. Pa-
trui: C. Antonij. Si seuerus: q̄a occurebat quoniā seuerus: ne patruū qd̄ restituere passus ē. at q̄ Lenticulā
collusorē suū de alea cōdēnatū restituit. iccirco igit restituit: q̄a oprabat cū eo ludē & cū cōdēnato ludere
nolebat: iocatur aut Ci. Perdiderat: lēticulā. & ut quod in alea perdiderat: hac cā restituit ut beneficio le-
gis a te. de restitutione eius lata dissolueret: q̄ perdiderat. ut ludēs æs alienum quod p̄dēdo conflauerat lu-
crādo p̄solueret. Absentem credo: hæc inquit potuerunt afferri a te rōnes: q̄a absens cōdēnatus est. quia
indicta cā: quia nulla lex de alea prius lata q̄a ui & armis oppressus. hæc. n. ferme dici solēt cum iniuste q̄n
piā cōdēnatū ostendimus & restituendum asserim⁹: Sed nihil horū asserre in cām potuit Ant. Aleā ab in-
uentore dictā tradūt qd̄ā. Est autem in tabula lusoria q̄ & larrūcularia & pyrgus & alueus & alueolus uoca-
d

rotunda illa tabella rotulae instar: qua mouet hinc i proverbio est iacta alea est cum sic icepta res e ut d
sistere integrum non sit: quod Iulius traieciturus rubiconem usurpauit pro eueru rei dubio ponit. Luca. Placer
aleat fati Alterutrū merfuracaput. De aleae usu & aleatoribus. titulus e li. xi. digestorū. Senatus cōsulto oli
tium est ne in pecunia ludere pter q si qd ceret hasta uel pilo iaciendo uel currendo: saltando: luctando uel
pugnādo q uirtutis cā fiat. Quod de patruo. C. Anto. iniuste dicebat dānatus: pecunia corruptis iudi
cibus: uir deide bono & rep. digno ferebat Sed nihil ap. Ant. efficiebatur: neq. n. qd ad eum restituēdū cō
mouebat. & tamen inqt Ci. i.

gnoscerem ego patruo si ita res
ut dicit hēret cū praesertim cō
dēnatum eē pro nihilo sit quo
nam facile oēs quis cā condē
nati restituunt ab An. Hoīnē:
Licinium lēriculā. Vel. cō. In
itegrū: i praestitū statum & lo
cum. In eodē tribunatu. Pō.
ex Italia pulso cū optimatibus
cum prius q eum persequerē
in hispaniam pficisci statuisset
Caesar oppreffurus ut ipse di
xit exercitū sine duce & mox
ad ducem rediturus sine exer
citu: nam Petreius & Afranius
qui hispaniensis serāt exercitus
aut magnope rei militaris pti
erāt: Lepido ptori urbē Anto.
Trib. Italiā custodiendam pfi
diis mandauit. Cōculcandā: n
lustrā dā & custodiēdā sed ua
standā potius q non fuit. erat
enim in Pomp. castris Ci. Sci
entiae uestrae cū plura uos me
mineritis Antonii flagitia quā
possim ipse meminisse. In ef
sedo: curru. Effedum uehiculo
geuus. apud Belgas gallos pri
mo repertū. Virg. Belgica uel
molli melius feret effeda collo.
Trib. pl. eū stomacho dictum
est. Aperta: quod erat mu l
to indignius ac minus feren
dum uehebant. n. ēt clausa &
Iuuenalis ait. Nāq. facit som
num clausa lectica fenestra le
gitur & in exedra sedē aut significat & locū ad sedendum constitutum. græcū ē. Necessario: necessitate q
dam astricti ne iniquo aīo ferret Antonium nisi ita fieret: Reda: uehiculo gen: & hoc gallicum ut ait Fa
bius uocabulū quo Ci. utit. sicut itē petoritū quo Horatius Cū lenonibus comites nequissimi: Erat inter
maxime familiares Sergius: & Citharis qdam ex eadē palestra multerculam amans. erant scorta aleatores
& hoc comitatu Italiam peragrabat Antonius lectica delatus aureas pateras ueluti in pōpa circūferēs: Du
cebat & leones ad redam ligati. & quod maxie hoīnes torquebat: honestissime domo scortis & mimis p
diuersoritis tradebant: p lucos & amniū ripas prandia sumptuosissima parabant: plerisq. indigne ferenti
bus q Caesare periculosa gerēte bella & labores maxios tolerāte Antonius tā luxuriose italiam calcaret: q
re reuersus postea Caesar & ueniā Dolobellae dedit: qui Antōio erat inuisus & tertium consul creatus: non
Antonium: sed Lepidum sibi collegam assumpsit. Fœcunditatē calamitosam: Nā cum Antonium pepe
rit Iulia calamitates peperit plurimas. Praefecturas: de municipiis & coloniis. A. Gelius. Praefectura
uero prouincia est. Augustus in praefecturas. xi. totam diuisit Italiam: quas alii regiones uocant: græci E
παρχιας Et praefecture quidem gubernandae: hoc est pluribus unius regionis ciuitatibus ac locis: aut p
ror: aut proconsul praeficiebatur. Lubrice: inconstanter & uarie ac dubia fide. Lubricus pprie loc: ē in quo
nequeas insistere & lubrica res quam non facile teneas & quae de manibus labitur ut anguilla: Hic homo
lubricus & Ciceroni legimus lubricum fidei fuisse obiectum. Dissimilimorum sui: ac si diceret optimo
rum, Fuit foelix. quando uicit & res ei pro uoto successit. Cautum esse uoluit nam cautum ueteranis uo
lebat esse senatus: quod in prima philippica dictum est. Secuti sunt. Caesarem in patriam ruentem

qssimum q nō dubitaret uel in foro alea ludere: uel lege quae ē
de alea cōdemnatū q in itegrū restituit: is nō aptissime studiū
suum ipse pficet: in eodem uero Tribunatu cū Caesar in His
paniam pficiscens huic cōculcandam Italiā tradidisset: quae fu
it eius pagratio itinerū: lustratio municipiorū? Scio me in re
bus celebratissimis sermone oīum uersari: eaq. quae dico di
cturusq. sum: notiora oībus esse q in Italia tum fuere q mihi:
q non fui. Notabo tamen singulas res: & si nullo modo poterit
oīo mea satisficere scientiae uestrae. Etenim quod unq. i tertis
tantum flagitiū extitisse auditum est: tantam turpitudinē: tan
tum dedecus? Vehabatur in Effedo. Tr. pl. lictores laureati ā
tecedebant: inter quos aperta lectica mimia portabatur: quam
ex oppidis municipalibus homines honesti obuīam necessa
rio prodeuntes non uero illo & mimico nomine. sed Volūniā
salutabant: Sequebat. rheda cum lenonibus comites nequissi
mi reiecta mater amicam impuri filii tanq. nurum sequebatur
O miseræ mulieres fœcunditatem calamitosam horum flagi
tiorum iste uestigiis omnia municipia. Praefecturas colonias
totam deniq. Italiam impressit. Reliquorum factorū eius. P.
C. difficilis est sane reprehensio & lubricice uersatus in bello est
Saturauit se sanguine dissimilimorum sui ciuium fuit foelix si
potest ulla esse in scelere foelicitas: Sed quoniam ueteranis cau
tum esse uolumus: qd dissimilis est militum causa & tua illi se
cuti sunt. tu quæsiuisti ducem: tamen ne apud illos me in inui
diā uoces nihil de genere belli dicam. Victor Thessalia Brun

PHILIPPICA SEC VVDA

sub quo militabant: Quæsiuisti: urbem egressus mutata ueste: & rheda meritoria in galliam uectus ad impellendum contra patriam Cæsarem. In inuidiâ: odium. Ibi me non occidisti: hoc obiecerat Antonius responderat quidē Cicero: sed sibi ipsi minime satisfecerat: quare idem nunc repetit. Sanctus: inuolabilis: Præsertim &c. nam cum meam nosset in dicenda sententiâ libertatem: & hæc mea in patriâ charitas te non lateret. illo ipso tempore quo me: ut ais: seruasti: uidere & tibi persuaderi potuisti hæc facturum & dicturum quæ facio & dico: Mimulæ: uoluntæ. Quid est: sic ait quasi id negare uellet Antonius?

